



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An Patronus possit præsentare se ipsum, vel filium suum, si sitidoneus, vel si plures sint patroni, ao unum es se ipsus, ac denique an semper dignus, vel dignior præsentari debeat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

quoad dominium directum, aut scilicet,  
& consequenter neque fructus rei op-  
pignoratz, inter quos numeratur etiam  
jus patronatus.

## S E C T I O IV.

**D**e presentatione sive ipso  
autu presentandi & ejus cir-  
cumstantiis.

## S. I.

**A**n presentatione facta a posseffore  
iuris patronatus. etiam si ius pro-  
prietatis non habeat, valida  
fit?

**V**aleat non tantum presentatione, si fa-  
cta sit ab eo, qui bona fide jus pa-  
tronatus possidet, sed etiam consequens  
ad eam institutio, ita ut removeri hic  
amplius non possit, quamvis postmo-  
dum appareat, quod verus Patronus sil-  
le non fuerit, prout sumitur ex e. con-  
sultationibus 19 b. t. & c. querelam  
24 de Elect. iunct. Gloss. verbo, su-  
per iure. Neque enim, quod legitimè  
factum est, irritari debet, aut retrahari,  
licet ad eum casum deveniat, a quo inci-  
pere non potuit, & fructus juris pa-  
tronatus, qualis est presentatione, ad pos-  
sefforem pertinet, ita tamen, ut nec  
solus communis error, in re hac privata  
sine possessione ad validam presenta-  
tionem sufficiat, nec sola qualis qualis pos-  
seffo, sed quia si: eius bona fide, cum  
solus communis error non det titulum,  
& male fidei posseffor nullos fructus suos

faciat, sed consumptio eius reha-  
teneatur. Quin in modo, si finaliter  
sententia diversi ab eo, qui in posseffo  
ne presentandi est, & ab eo, qui  
patronatus ad se pertinere dicit, res  
rum sit, nullum jus posseffori des-  
tentandum compete, praesentia  
erit de iure communi Decretalium, p-  
a bona fidei posseffore presentatio  
die tamen de jure Tridentini S. I.  
cap. 9. de Reformat. requiritur incep-  
ad validam a posseffore factam pre-  
sentationem, ut doceat hic de modo,  
quo iure jus patronatus od europeat,  
vel saltem, quod tale ius per multiplo-  
tas presentationes, super hominem no-  
motiam, jam prescriptum.

## S. II.

**A**n Patronus possit presentare  
ipsum, vel filium suum, si sicut  
si plures sint patrom, an unum ex ipsis  
as denique an semper dignus, ut  
dignior presentari debet.

**S**E ipsum patronus ad vacante  
clericis, cuius Patronus est, pre-  
sentare non potest, nec per se ipsum  
per alium ex illius commissione ovo-  
gentem, quamvis Clericus, & idem  
sit, e. per nostrum 26. b. t. ut ne libet  
ambitionis infamia notetur, & in  
presentantem, ac presentata ab eo  
etio sufficiens habeat, que non  
nus inter hos, quam inter dominum  
accipientem esse debet: potest tam-  
si ab Episcopo illi conferatus, sicut  
aut interpositis precibus beneficium, p-  
jus ipse patronus e. illud recipere, cu-

## §. III.

*An Patronus licet posse in praesentando variare, sive mutare sententiam, alium praesentando ante institutionem v. g. prius praesentari?*

**P**atronus laicus *Cumulative*, non autem privative) variare potest, alium praesentando, si prius praesentati noudum fuerit facta institutio, non autem Patronus Ecclesiasticus *c. quod autem s. Et c. cum autem 24. h. t. ita tam*, ut ille, qui prius praesentatus fuit, per talis mutationem, aut variationem non rejiciatur a Patrone, cum tantum cumulative, non autem privative varaverit, sed penes Episcopum sit in talibus eligere ex duobus v. g. taliter praesentatis, quem ipse voluerit; si pariter idonei sint: quia tamen variatio talis odiosa est, hinc restringenda illa potius, quam amplianda est, ita, ut non concedatur juxta probabiliorem tententiam, quod saepius ea fieri possit, sed unicam tantum vice, prout colligitur etiam ex cit. e. cum autem, nisi fortassis prima praesentatio omnino nulla fuisset, quo in casu non censeretur fieri cumulative praesentando secundum, sed praesentando tertium. Rationem autem, quare laicus Patronus, non autem Ecclesiasticus variare possit, communiter assignant eam, quod laicus Patronus minus expertus sit circa Ecclesiastica, & minus etiam tempus ad praesentandum habeat, quam Patronus Ecclesiasticus, & hinc non privatur illa potestate praesentandi, etiam si scienter indignum praesentaretur, sed ad aliam praesentationem facientur.

Hhh h

dam

48(0)90